



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Didaci Covarrvvas A Leyva Toletani Episcopi Segobiensis
... Opera Omnia**

**Covarrubias y Leyva, Diego de
Antverpiae, 1610**

16 De libris Apocryphis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96570](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96570)

postolice, eiusque vicarium ex commissione, ac delegatione Cælestini Papæ scribunt Euagrius, Nicephorus, & Marcellinus Comes. Hi vero authores Arcadij ab Italia destinati nequaquam meminere. Aduersus hanc Nestorij heresim scripsere præter alios & huius decreti author Gelasius qui librum scripsit de duab. naturis in vna persona. Et aliorum meminit Alfonso à Castro li. 7. *Græcæ hist. eccl. c. 32.*

Sanciam synodum Chalcedonensem. Conueniunt omnes quot quot huius synodi meminere, eam celebratam fuisse sub Leone Rom. Pontifice, & Martiano Augusto, qui, si ratio temporis obseruanda sit ab anno, quo Theodosius iunior mortem obiit, regnare cepit anno dom. 453. ex Mattheo Palmerio. Annus vero, quo Theodosius mortuus est consules habuit Valentinianum 7. & Abiennum: authoribus Cassiodoro, Marcellino, & Haloandro, qui eos aptat anno do. 452. qua ratione quidam annos imperij Martiani ab anno primo post mortem Theodosij connumerant, & scripsere ipsum imperiū obtinuisse anno domini 453. cōsulis eodem Martiano Augusto, & Adelphio, qui primi consules fuere post mortem Theodosij, sic sane Io. Lucidus ab anno dom. 453. numerat annos imperij Martiani. Quod si Theodosius obiit anno Dō. 452. & ab eo tēpore statim anni Martiani numerentur, idē annus erit primus Martiani. At Her. Cōtractus Theodosij mortē aptat anno 449. & primū Martiani numerat annū 450. Paul. Diaconus Martiani primū annum tribuit anno ab vrbe condita 1204. qui iuxta Haloandrum est annus dom. 453. Hæc ideo adnotauit, vt iuxta frequentiore magisq; receptam temporis rationem hæc synodus non potuerit adscribi anno, qui præcesserit annū 452. vnde Palmerius hanc synodum tribuit anno secundo Martiani, & Dom. 454. Faustinus Cretenfis in Epitome anno Do. 456. & 26. post tertiam synodum. Pfellus vero, & Nicephorus anno 13. post tertiam, & Ephefinam. Marianus Scotus anno do. 452. consulis Opilone, & Vincom. Ioan. qui tamen conueniunt anno dom. 455. ex Haloandro. Marcellinus scribit, hanc synodum celebratam fuisse in dictione 4. Martiano Aug. & Adelphino cōsulis, qui consules, authore Haloandro, respondent anno dom. 453. Indictio vero conuenit anno Dom. 451. eiusdemq; indictiois mentio fit in actione prima huius concilij, cuius titulus refert ab Aera annum 488. qui respondet anno 451. consules autē illic adscripti, Valentinianus 7. & Auicnus anno 452. cōueniunt, vt modo obseruauimus: ex quibus satis cōstat, quata sit tribuenda chronici fides, his maxime, apud quæ ratio tēporis scribitur numeri notis, in quibus facilis est lapsus, saltē facilius, quā si numerales dictiones integre ex omnibus literis scriberetur. Nā & Nicephorus li. 4. c. vii. scribit, Theodosij iunioris mortem obiisse anno Dom. 460.

In hac vero synodo legati fuere sedis Apostolicæ, eiusq; Pontificis Leonis primi Palchastinus, & Eucentius Episcopi, & Bonifacius presbyter. sicuti constat ex prima actione, & Euagrio li. 2. c. 4. quamuis Necephorus li. 15. cap. 2. Bonifacium tacuerit. Conuenere autem sexcentum Episcopi ex Mattheo Palmerio. aut sexcentum triginta sex ex Nicephoro c. 2. sexcentum triginta ex Hidooro ca. 16. li. 6. *Etymol. eccl. 2. dist. 15. ex Beda cap. 6. 16. dist. & Hidooro in princ. conciliorum c. 1. 16. dist.* Damnaata fuit iterum Nestoriana heresis & maximo conatu euersum est Eutychie Abbatis Constantinopolitani dogma. Qui assererat, post verbi diuini incarnationem & carnis, ac diuinitatis vniōnem, statim carnem conuersam fuisse in deitatem, atque inde cogebatur multa contra catholicā fidem nefanda & absurda confiteri. de quibus legit Alfonso à Castro li. 7. *de her. dictione Christus her. 4.*

Hæc sunt quatuor concilia vniuersalia, quæ primū celebrata fuere, & quæ in ecclesia Catholica maximum nomē, & maiestatem semper obtinuerunt. vt constat ex *ca. sicut. sancti & c. 1. 15. dist. nos reddentes. & suscipimus. Cide summa trind. quicunque C. de her. & in Autho. eccl. tit. in prin. Sed & Gelasium alia multa cōcilia præcesserunt, quæ ipse recipienda fore censet nec quemadmodum & illa, & quæ ad hanc vsq; diem celebrata fuere, Christianæ religionis professores recipere tenemur.*

CAP. XVI.

De libris, qui ex Gelasio Agiographi dici iure poterunt.

SYMMARIA.

1. Agiographi libri qui dicantur.
2. De beato Cypriano, quo tempore scripserit, & de beato Athanasio.

3. De Gregorio Nazianzeno, Basilio & Chrysostomo.
4. De Theophilo, & Cyrillo Alexandrino.
5. De Hilario, Ambrosio, Augustino, Hieronymo, & Prospero Aquitano.
6. De epistola Leonis Papæ, & de epistola Decretalibus.
7. De martyrum historiis, & de eius patrum.
8. Actus beati Syluestri, quam auctoritatem habeat, & de Eusebio Constantini Magni.
9. De inuentione sanctæ crucis, & capite domini Iohannis Baptistæ.
10. De Rufini operibus, & de Origina scriptis.
11. De Oratio, Sedulo, & Innocentio.

Am nunc subiendum est, inquit Gelasius, de opusculis sanctorum patrum, quæ in ecclesia Catholica recipiuntur. Ex his Gelasij verbis libenter ipse adnotauerim ad distinctionē canonicorū librorū, de quibus in princip. huius capit. actum fuit, & deinde Apocryphorū, de quibus in vltima eius parte tractabitur. Agiographos libros ꝑ dici in ecclesia Catholica eos, quos eadem ecclesia probat, vt publice legerentur ad edificationē fidelium, non tamen haberent canonicam auctoritatē ad probanda cā, quæ ad fidem pertinent irrefragabili probatione. Huiusmodi erant olim apud Hebræos *Eclesiasticus, & Sapientia* deduciturq; hæc librorū Agiographorum definitio ex multis, potissimū ex Augustino li. 18. *de ciuit. Dei. c. 38.* qui eos distinguens à canonicis, inquit, ac si illa pertinerent ad vbertatē cognitionis, hæc ad religionis auctoritatē in qua auctoritate custoditur canon. Sed & Rufinus in expositione Symboli ad hæc scribit de his Agiographi scripturis: quæ omnia legi quidem in ecclesiis voluerunt, non tamen proferri ad auctoritatē ex his fidei confirmandā. In hac significatione Agiographa Hieronymus accepit in præfationibus in *Tobiam, & Iudith*, scribens, eos libros olim extra canonem sacrarum scripturarū numerari Agiographa: tamen idem Hieron. in prologo Galeato in libros Regum, Agiographos libros dici existimæ, eos qui canonici sunt, distinguuntur tamē à quinque libris Moysis, & ab octo Prophetarū quæ canonici libri veteris Testamenti olim distinguerentur in tres ordines, quorū primus quinque; libros Moysi, secundus Prophetas, tertius Agiographa possideret: qua ratione D. Hieron. quo in loco vltus est hæc stricta significatione, Apocryphos libros appellat omnes, qui sint extra canonē: quo vero in loco latiori vtitur dictionis sensu, Agiographos nominat eos libros, qui licet sint extra canonē, pertinent tamen ad vbertatē cognitionis, legique in ecclesia possunt, & poterunt olim apud Hebræos: quos tamen alibi Apocryphos dixit ex eo, quod extra canonem essent, obseruata quadā dictionis ampliori significatione: nam qui dicantur proprie libri Apocryphi, seq. cap. tractabimus. Sic sane Hieronymi verba sunt intelligenda: quod & Ioan. Driedo admonet li. 1. *de dogmat. eccl. cap. 2. & cap. 4.* Igitur Agiographi libri dicuntur, qui licet sint extra canonem, sine periculo fidei, & cum adificatione fidelium leguntur publice in ecclesia, quorum de numero sunt hi, qui à Gelasio in hæc 2. huius c. parte nominatim referuntur.

Opuscula beati Cypriani martyris, & Carthaginensis Episcopi. Primas inter scriptores ecclesiasticos, quo ad ordinem, & antiquitatem tribuit Gelasius Cypriano, ꝑ qui natione Afer primū gloriose Rhetoricam docuit: exinde suadente presbytero Cæcilio, quo & cognomen sortitus est, Christianus factus, ac paulo post in presbyterum electus Episcopus Carthaginensis constituitur, ac demum præclarissimis scriptis operibus passus est sub Valeriano, & Galieno principibus octaua persecutione eadem die, qua Romę Cornelius Papa, non tamen eodem anno. Hæc Hieronymus de scriptoribus ecclesiasticis. idem fere scribit Eusebius in chronicis adiciens, martyrio coronatum fuisse anno Domini 259. annis quinque post Cornelij martyrium. tamen si Nicephorus li. 5. cap. 27. tradiderit, Cyprianū passum fuisse sub Decio in Deciana persecutione, qua septima fuit, quo in loco & de Cypr. aut conuersione Necephorus quædam commemorat, quæ satis differunt ab his, quæ Hieron. scripserat. Ceterū hic Martyr illustrissimus cum multis Africæ, Numidiz, & Mauritaniz Episcopis in illū incidit errorē, vt existimaret, semel ab hæreticis baptizatos, iterū baptizandos fore. Simplex fuit apud Cyprianū error, non ex ambitione, malitiave, sed odio in hæreticos feruentissimo ipse vir sanctissimus cōcilio apud Africam hæc de re celebrato, quod inter eius opera extat, definiuit, hæreticos, cum ad cōmunē redierint, fore baptizandos: quia, vt asserbat, in hæreticos nō potest cōferri baptisma, paratus sane proprie mutare sententiam, quam & ipsi Africani Episcopi mutauerunt à Cornelio, Lucio, Stephano summis Pontificibus edocti. Vnde Cyprianus, & alij, qui eidem accesserunt, propter hunc errorem non sunt hære-

haeretici iudicandi, quippe qui pertinaci animo illū non de-
fenderint. Sic diuus Augustinus, *de baptismo, ca. 17. & seq.* & apud
Gratianū *in quomodo de consecr. dist. 4.* aduersus haeresim istam
scribens, licet in hunc errorem incidisse Cyprianū referat,
eū potius laudat, quā haeresis labe notet. Idem Augustinus, *lib. 1.*
de baptismo, c. vii. sed & Vincentius Lirinensis in li. aduersus here-
sis de Cypriano, inquit: Quis ille tam demens est, qui illud san-
ctorum omnium Episcoporum, & martyrum lumen beatif-
simum Cyprianum cum ceteris collegis suis in aeternū du-
biter regnaturū esse cum Christo: aut quis contra tā sacri-
legus, qui Donatistas, & ceteras pestes, quae illius autori-
tate concilij rebaptizare se iactant, in sempiternum neget
arios esse cum diabolo? Hae Vincentius, qui palam asse-
ruerat, Cyprianum ab errore omnino liberum, & Catholice
*decessisse. Nam & diuus Augustinus, *li. 2. contra Donatistas, cap. 5.* fa-*
ctor. Cyprianum prope mortis articulum errorem depo-
*suille. [Idem tradit Beda *lib. 8. q. 5.*]*

Opuscula beati Athanasij Alexandrini Episcopi. Athanasius Alex-
andrinus per ludum nondum Ephesus à pueris Episcopus
creatus, postea Alexandrini Episcopi in episcopatu suc-
cessor. magnus fortissimusque haeresim expugnator, Ar-
rianos ecclesijs exegit, eisque orthodoxos substituit eaq;
ex causa ab eisdem Arrianis grauius Constantini in
Magnum, deinde apud Constantium, & Constantem accu-
satus multis calumnijs afficitur, quas & multa fapissime pe-
ricula diuinitus fugiens, maxime illustri, Antonio Here-
mitae clarissimus, claruit ad Valentinianum vsque, & Valē-
tem Imperatorem, pro Nicæna synodo, cui inter diaconos
Alexandriae primarius ipseque Episcopo Alexandro dilectis-
simus, disputator grauis & acutus praesens fuerit acerrime,
& animose pugnavit: obiit tandem postquā Episcopatu qua-
draginta sex annis obtinuerat eisdē Celsaribus Valentinia-
no & Valente, consulis Gratiano II. & Probo, auctore
Socrate *lib. 4. c. 20.* qui quidē annus conuenit anno Domini
377. iuxta chronologia Haloandri. Trithemius mortē Atha-
nasij adscribit anno Domini 379. At ex Eusebio deducit-
ur, eā contigisse anno 377. ex Hermanno Contracto anno
370. hi siquidem auctores hys annis scribunt, Petrum Atha-
nasij successorem electum fuisse in Alexandria Episcopū,
& constat ex ecclesiasticis scriptoribus, statim post Atha-
nasij mortem hanc electionē factā fuisse, reliqua de Atha-
nasio poterit lector obseruare ex Socrate, Theodoro, So-
zomeno, Nicephoro, Hieronymo, & Callidoro in Tripar-
tia & ex alijs scriptoribus ecclesiasticis qui res gestas sub
Constantino Magno, vsque ad Valentem tradidere.

Opuscula beati Gregorij Nazanzeni Episcopi. Gregorius Nazā-
zi Cappadociæ parus vrbis natus, primū Saimorū Episco-
pus, deinde patri in Nazanzii episcopatu successit, ob insignem
virtutem, preclaramque in Theologia eruditionē, Con-
stantinopolitanus Episcopus constitutus, eandē sedē depo-
nit publicæ pacis gratia, & Nazanzii reuersus eadē eccle-
sia alteri comissa monasticā in quodā agro vitā egit. Dicitur
est cognomēto Magnus, auctore Nicephoro *li. 12. c. 11.* atque
postmodum Theologus, vt idem Nicephorus scribit *li. 12. c.*
19. Fuit Gregorius diuī Hieronymi præceptor, eodem Hier-
on. teste, qui eius opera eius commemorat, quorū Suidas, &
Trithemius meminere. obiit sub Theodosio Magno anno
eius Imperij tertio & Domini 384. ex Prospero Aquitanico,
Suidas vero scribit, eū mortem obiisse anno 13. Theodosij:
qua in re conuenire ferme videtur Hierony. si obseruemus
qui ipse Hieronymus tradit in *vita Gregorij, & in præfatione, & c.*
ita da script. eccl. ex eo etenim mors Gregorij poterit adscribi
anno 12. fere Theodosij qui ex chronologia Haloandri, &
Marcellini, rationeque habita consulum, qui fuerunt vlti-
mo anno Theodosij, quorum præter alios & Socrates me-
*morat *li. 5. c. 16.* respondet anno Domini 393. aut 92.*

Item opuscula beati Basilij Cappadoceni Episcopi. Basilus Cæsaree
Cappadociæ, quæ prius Mazaca vocabatur, Episcopus, egregie
variosque libros, eloquentia, sanctitate multaque eru-
ditiōne insignes elaborauit, quorū post alios Hiero. Suidas,
& Trithemius meminere. Fuit Basilus arctissima coniun-
ctus amicitia Gregorio Nazanzeno, vt omnes historici,
qui de rebus ecclesiasticis ei temporis tractauerunt, commemo-
rant, & eius epistolis constat. Fratrem habuit præter alios
Basilium nomine Gregorij Nyssenū vrbis Nyssenæ E-
piscopū, doctrina, moribus, & sanctitate spe ætatis illius cuius
& adhuc opera quædā extant, quamuis non omnia, quorū
etiam Suidas, & alij mentionem fecerunt. hunc Gregorij

falso appellat Trithemius episcopū Emissenum. Obiit Ba-
silus sub Gratiano Cæsare, auctore Hieronymo, cui adde
quæ de eo, eiusque fratribus, & Gregorio Nazanzeno scripse-
re Socrates *lib. 4. c. 26. & 27.* & Nicephorus *lib. 11. c. 18. & 19.*

Item opuscula beati Ioannis Chrysostomi Constantinopolitani Episcopi.
Ioannes patria Antiochenus ob sapientissimā eloquentia,
& eloquentissimam sapientiam ab ore aureo cognomēto
Chrysolocionator insignis, Chrystique præco indefati-
gabilis, eriminū censor acerrimus, Theologorū omnium elo-
quentissimus, patrē habuit Secundū, matrē vero Anthusam
Hic vir præstantissimus, sub Siricio Papa, mortuo Nedarino in
eius locum clerici, & populi consensu Episcopus Constan-
tinopolitanus eligitur Celsaribus Arcadio & Honorio, consu-
lib. Honorio A IIII & Eutychiano, auctore Socrate, qui qui-
dē annus ex Haloandro, & Prospero Aquitanico in chro-
nicis conuenit anno Do. 400. aut 401. tandē ob linguæ liber-
tē, qua in omnes integer timo zelo utebatur, ab ipso prin-
cipe Arcadio, Augustae Eudoxiæ priuata indignatione in
exilium vltimo mittitur, duciturque Cucusum Armeniae
paruum oppidum, atque inde Arabissum deportatus, suc-
tremo Episcoporum quorundā inuidia Pytiuntē, vbi fines
sunt Ponti, regioque crudelissimis barbaris limitata, ex atro-
ciori rescripto principis deportari iubetur, atque in itinere
prope Comanā vrbē templo Basilici martyris sumptis ec-
clesiæ sacramentis, se ipsum cõsignans crucis signo expi-
rauit 14. die Nouēbris, consulis Honorio A. VII. & Theo-
dosio II. teste Socrate, qui annus respondet ex Haloandro,
& Aquitanico anno Do. 419. anno vno ante Arcadij mortē
Hæc de Chrysolomo ex multis quæ scripsit Socrates *li. 6.*
Theodoretus *li. 5. c. 28. ad vltimum vsq; caput.* Sozomenus *li. 8. c.*
21. & seq. Suidas, Trithemius, & Erasmus, ac lōge Nicephorus
li. 13. c. 2. & seq. qui c. pen. scribit, Chrysol. obiisse mortē die 14.
Septēbris, quo celebratur exaltatio sanctæ crucis, tertio an-
no ante Arcadij mortē, & iuxta ipsius Nicephori cõputa-
tionē anno 415. De die 14. Septembris, idē scribit Calliod.
in *Tripar. li. 10. c. 18.* ex Socrate apud quem forsitan codex Gre-
gus in mensis nomine vitium patitur.

Item opuscula beati Theophili Alexandrini Episcopi. Hic est ille Theo-
philus, cuius artib. D. Chrysolomus est in exilium actus:
fuit etenim diuī Chrysolomi obtrectator ferum & crude-
lem illū appellans, auctore Nicephoro *li. 13. c. 4.* post Socrate
li. 2. c. 2. & seq. Theodoretum, & Sozomenum, atque Calliodo-
rum in *Tripar. li. 10.* & tamen crucem Hieroglyphicam Ser-
apidis tēplī saxi in eam ad religionem nostram accommo-
dauit, pio in Christianā religionē animo, quo & a principe
impetravit, vt tēpla Mithræ, & Serapidis in Aegyptio euer-
terentur, teste Socrate *lib. 5. c. 16. & seq.* ac post eum Nicet-
phoro *li. 12. c. 26.* fuit Theophilus hic Cyrilli patruus, & obiit
diem suum Alexandriae lethargico morbo die 15. Octobris
anno quinto Theodosij iunioris, auctore Nicephoro *li. 14.*
c. 14. & sic anno. Do. fere 430. fuit & alter Theophilus An-
tiochenus Episcopus, hoc multo antiquior, cuius D. Hieron.
de *script. eccl.* Eusebius *li. 4. c. 20. & 24.* Nicephorus *li. 4. c. 9. & li. 3.*
c. 25. meminere eius scripta commemorantes, & asseueran-
tes fuisse sextum Antiochiæ episcopum sub Imperatore M.
Antonio Vero.

Item opuscula beati Cyrilli Alexan. Episcopi. Cyrillus mortuo pa-
truo Theophilo Alexan. episcopus eligitur, vir insignis eru-
ditionis, quiq; pro Christiana religione aduersus Nestorij
egregie pugnavit. Eius extat præclara opera, quorum me-
minerunt Nicephorus *li. 14. c. 14.* & Trithemius, clarus sub
Theodosio iunior, sicuti ex eodē Nicephoro, Euagrio *li. 1.*
Prospero Aquitanico, & Hermanno Contracto constat ad im-
mortale trāsivit vitā anno 32. eiusdē pontificatus, ex Nice-
phoro *li. 14. c. 47.* anno Do. fere 462. apud Gratianū nulla est
mentio Cyrilli, nec Theophili, tamen ex epistola & de-
creto Celsari referantur in primo concilio tomo, & apud
Burchardum.

Opuscula beati Hilarij Pyctaniensis Episcopi. Hilarius Pyctani, vr-
bis Gallie Aquitanicæ episcopus, tempore quo diuus Marti-
nus Turonēsis ecclesiæ Præsul erat, de fide ad persuadendū
valde appositos libros scribit, primūque in exilium missus,
tandē ab eo reuocatus, Italos, & Gallos, quæ vel expen-
da vel fugienda dogmata essent, erudiens multis editis li-
bris Arrianam opinionem disertissime refellit, ex Hiero-
nymo de *script. eccl.* Socrate *li. 3. c. 10.* Sozomeno *li. 5. c. 14.* & Ni-
cephoro *l. 9. c. 16. & li. 10. c. 16.* obiit Pyctanijs sub Valentinia-
no, & Valēte anno eius imperij, & a natiuitate domini 372.
CCC 4 ex Hie-

ex Hieronymo in Chronicis, ex Hermanno Contracto, & Trithemio annos domini variat, parum tunc: nam apud Trithemium mors huius viri sanctissimi scribitur anno 371 apud Contractum anno Domini. 369.

Opuscula beati Ambrosij Mediolanensis Episcopi.) Ambrosius cum Mediolani sub Valentiniano prefectura gereret, & mortuo Auxentio Episcopo dissidiū populi in Episcopo deligendo sedasset, ex laico in episcopum eius urbis eligitur, eamque dignitatem primus reiiciens, libentissime tamen baptismo suscepto Christianus efficitur, iussuque principis Episcopalem sedē accepit. qua equidē accepta, Episcopi officio egregie fungitur, & multa aduersus hereticos preclara edidit opera, scripsitque alia Christianæ religioni admodū vtilia, quorum mentio fit à Trithemio, & aliis. Extatque eius vita titulo Paulini ad Augustinum scripta, sed & de Ambrosio multa Socrates *li. 4. c. 30.* Theodor. *li. 4. c. 6.* Nicephorus *li. 11. c. 32.* & *li. 12. c. 41.* Sozomenus *lib. 7. c. 24.* & Calliodorus in *Tripur. lib. 7. c. 8.* & *lib. 6. cap. 39.* obiit prope annum domini 400.

Item opuscula beati Augustini Hippone Regiensis Episcopi.) D. Augustinus ecclesiæ Doctor celebratissimus, in quem opulentus ille spiritus iuxta ac benignus dotes suas omnes vberime effudit, ex provincia Africana Tagaste parentibus honestis, & Christianis progenitus, diui Ambrosij discipulus, multa in Christianæ religionis patrocinium edidit opera, in quibus verā Theologiam, mores integerrimos, absolutamque pietatē docet. Eius vitā Possidonius scripsit, qui late tradit, qua ratione fuerit Hipponensis Episcopus constitutus, cuius muneris officio sanctissime functus obiit anno Domini 430. ætatis 76. Episcopatus 40. auctoribus. Herman. Contracto, Mariano Scoto, & Trithemio, quinto Calendas Septembris. Prospero vero Aquitanicus de die non conuenit, annum autem numerat 433. Sigebertus, & Lucidus annum 421.

Item opuscula beati Hieronymi presbyteri. Diuus Hieron. patre Eusebio natus, oppido Stridonis, quod Dalmatiæ, Pannoniæque olim confinium fuit sub Imperatore Constantino anno Domini 331. Hebrææ, Græcæ, ac Latine lingue peritissimus, sub Gregorio Nazianzeno sacras literas edoctus, multos scripsit libros adeo celebres, ut maximā illi famā, & auctoritatē post vitā integritatē pepererint. Obiit anno Domini 422 auctoribus. Prospero Aquitanico. Ioanne Lucido, Trithemio, & Erasmo. Nuper tamen post huius operis primā editionē prodire in publicum eruditissimi Mariani Victorii in Hieron. epistolas scholia, cum eiusdem sanctissimi viri vitā ab eodem diligentissime scripta: qui probat diuum Hieronymum sub Constantino Magni Constantini filio, non sub eodem Constantino natum fuisse.

Item opuscula beati Prosperi viri religiosissimi.) Hic est Prosper ille Aquitanicus, qui post Eusebiū, & Hieronymū chronicum scripsit, cuius & in enarratione huius capituli frequenter meminimus. Claruit sub Leone primo Pontifice Maximo, cuius Scriba fuisse creditur, à quo Regij Lepidi Episcopus est institutus, ubi cū doctrina, tum sanctitate floruit, in diuorumque numerum suis meritis relatus est. Scripsit vero carmina multa, excelluit enim in Poetica, ut caesarebant tempora, scripsit & alia pleraque soluta oratione, quorū magna pars extat. Hæc ex Gennadio. Beda, & Gregorio Gyraldo in Dialogo 5. de Poëtis, & Trithemio, qui scribit eius festum celebrari septimo Calendas Iulij. Ex quibus deducitur, eam claruisse prope annum Domini 460.

Item epistola beati Leonis Papæ ad Flavianum Constantinopolitanū Episcopum destinata. Leo Papa † Protogenei & Asterio consulibus. anno ex Haloandri chronologia à natiuitate Domini 451. anno equidem nono eius Pontificatus omnibus numeris absolutam, maximisque dignā laudibus. ad Flavianū Episcopū Constantinopolitanum scripsit epistolam contra Eutychemis perfidiā & errorē, in qua multis rationibus, & auctoritatibus sacræ scripturæ, Eutychemis Abbatis hæresim, catholicæ sanctæ sedis Apostolicæ decreto, & illa in rebus fidei definiendis sacrosancta, & irrefragabili maiestate, & certidine infallibili, euerit & damnat, quemadmodū & in Synodo vniuersali quarta apud Chalcedonem eiusdem Pontificis approbatione damnata fuit. Qua ratione mirū nō erit si à Gelasio hæc Leonis Papæ epistola, quæ definitiones sedis Apostolicæ de reb. fidei continet, sic laudetur, ut pronuncietur Anathema, qui non eam in omnibus omnino receperit, vel de ea ad vnū iota disputauerit. Atque hac de Leonis Papæ epistola, quæ ex Cera eidem adscripta conuenit 448. nos tamen rationē consilij obseruauimus. Verum hoc Gelasij

testimonium, quod ipse præstatantum Leonis Papæ epistola ad Flavianum, cæteris sanctorum virorū scriptis, quorū ab eo in hac secunda Decreti parte mentio facta est, eisdem tribuere iura est hallucinatio, ac temeritas viri parum intelligentis, quod Gelasius de Sanctorū patrum scriptis docuerit. Approbat enim Gelasius Sanctorū virorū scripta ut intelligamus ea ratione probari, quod catholicæ fidei minime repugnent, ut tandē nihil in eorum scriptis reperatur, quod manifeste sit religioni Christianæ contrarium: non tamen sic, ut omnia illorū dicta pro lege suscipienda sint, ac necessario admittenda. Sunt etenim multa, quæ ab Augustino traduntur, quibus cōtraria placuerunt Hieron. & alia, quæ et si fidei non repugnent, non tamen ad ea credenda attendenda catholica fides nos constringit. Rursus & alia, quæ et si ad religionē, ac fidē pertineant, possunt in cōtrariā deduci & examinari, an sint cōtraria veritati, quæ eo tempore latebat, postea vero in lucē prodierit ecclesia catholica definiente. Nā & ipse Aug. *li. 3. de Trinitate*, in prelogo inquit, Noli meis libris, quasi canonicis scripturis deseruire, sed in illis, & quæ nō credebam cū inuenis, incunctanter crede, in illis autē quod certū nō habebas, nisi certū intellexeris, noli firmū tenere. *cap. noli. me. 9. d. 1.* quo in loco gl. temere, ac falso scripsit, postea à Gelasio in hoc decreto scripta Aug. & aliorum sanctorum patrum authentica cenciri ac pronunciari, ut vique ad vltimū iota necessario recipiantur. Sic sane Alfonso de Castro *li. de heres. cap. 2.* negans epistolas decretales, etiā si recipiendæ sint, & ab omnibus catholicis probandæ conciliorum vniuersaliū canonibus exaquantas fore, idem probare conatur Ioan. Arboreus *lib. 4. Theopropia. c. 11. m.* Nos vero arbitramur Gratiani opinionem esse dubio procul in causarum, & litium definitionibus, quibus diuicandis, ac discernendis non minor est Papæ potestas, quā cōciliorum vniuersalium, imo maior, sicut tradere gl. *in ca. d. apostolica. de re iudic. in 6. in princ. Innoc. & Imola in cap. graue. de proband. Card. à Turre Aram. in tract. de eccles. lib. 1. cap. 37. Anton. de Rosellis in tract. de conciliis questione 12. Agidius Belamera conf. 99. q. 46. late Jacobat. in tractatu de concil. lib. 5. art. 8.* Ex quibus & multis, quæ hi auctores adducunt, constat cōcilium, etiam vniuersale in litibus, & controuersis discernendis, & diuicandis non habere aliam iurisdictionem, quā eam quæ sibi fuerit expressim vel tacite à summo Pontifice delegata. Quod si de rebus fidei tractemus, & Papæ per epistolam decretalem maturo consilio, & prouisa deliberatione aliquid responderit eo animo, ut ea responsio sit Apostolicæ sedis de fide definitio, constanter alicuerunt, hoc responsum esse recipiendum omnino, ac tenendū vnū certum de fide: Non enim potest summus ecclesiæ Pontifex errare, si his, quæ ad fidē pertinent, aliquid ut persona publica, & ecclesiæ caput Pontificis summi officii functus, definiat, quod nos probauimus *lib. 1. var. resolut. c. 10. n. 12.* Adhuc tamen in pertinentibus ad fidē præstat, aliquid à consilio vniuersali legitime congregato definiti. Siquidē promptiori quodā animo recipiuntur absque vlla controuersia definitiones quæ in reb. fidei datæ sunt à Concilio legitime cōgregato, quibus ipse Papa & reliqui Episcopi subscripsere, quam illa, quas solus Pontifex definit, ex multis equidē rationibus, vel ex ea, quod de cōcilio nemo hadenus ex viris catholicis scripsit, quod possit errare in his, quæ ad fidem pertinent. Papam vero errare posse, tamen et si fallio, imple, & maximo cū errore, multi auctores alicuerunt, quemadmodum & idem Alfonso de Castro adnotat. Sed in his definitionibus, quæ à conciliis vniuersalibus datæ sunt extra res ad fidē pertinentes, aliquid poterit maioris vinculi obseruari, quam in his, quæ à solo Pontifice decernuntur, quoad derogationem & dispensationē. Nani ut alibi scripsimus

plurimum dispensatio aduersus concilii decreta, & canones sufficiens non censetur, nisi in specie fiat eorum derogatio his qui dem verbis, non obstante aliqua lege, vel constitutione, etiã in concilio generali statuta, auctore Archid. in c. 1. de cons. in 6. ex. in c. ex parte. & in c. vlt. de capell. monach. e. cam. re. de e. & qual. in nonnulli. de rescript. vbi quæstionẽ istã tractauerunt canonicis interpretes, præsertim Fel. col. 4. Alex. cons. 167. lib. 5. Card. Jacob. in tract. de concil. lib. 5. art. 18. & tamen in derogandis decretis, aut constitutionibus solius summi Pontificis non est necessaria mentio ista per verba prædicta specialis, iuxta communem omnium resolutionem.

Præter hæc rursus apud Gratianũ de decretalibus epistolis legitur 9. dist. c. 8. in canonicis eas esse scripturas diuinis ad numerandas, & in earũ ordinem referendas ex autoritate Augustini male intellecta, corrupteque citata. Sic enim legitur apud Gratianũ In canonicis scripturis ecclesiãrũ catholicarũ quã plurimũ diuinarũ scripturarũ fortissimũ indagator autoritatem sequatur, inter quas sanã illẽ sunt, quas Apostolica sedes & ab ea alii meruerunt accipere epistolas. Hęc Gratianus ex Augustino l. 4. de doct. Christ. c. 8. apud quem ita legitur, in canonicis scripturis ecclesiãrũ Catholicarũ quam plurimũ autoritatẽ sequatur, inter quas sanã illẽ sunt, quas apostolicas sedes habere, & epistolas accipere meruerunt. Hęc August. de libris canonicis hanc regulã nobis tradens, vt illi libri pro canonicis habeantur, qui à plurib. Catholicis ecclesijs cõputandas, quã Apostolicas sedes habuerunt, scilicet quas Apostoli, vel earũ Episcopi rexerunt, ut illas esse præcipue Catholicas ecclesie cõsent Aug. quẽ epistolas ab Apostolis accipere meruerunt, vt Romana Corinthia, Thessalonicensis, Colossensis, Ephesina, Hierosolymitana, Antiochena, & Alexandrina, quas omnes Apostoli aut verbis docuerunt, aut scripto, quã ratione sit, maxime absurdũ esse quod Gratianus ex diuo Augustino voluit deducere, cũ ex eo necessario sequeretur, diuinis scripturis esse adnumerandas epistolas, quas Rom. Põb. ab ecclesijs inferior. receperint. Quod nemo vsquã nec dixit, nec probauit: atque ideo hunc Gratiani errorẽ merito Alfonso à Cast. notat, & improbat in d. d. 1. de heres. c. 2. quum hac de re legito.

Decretales vero epistolæ, quã plurimũ Põtificibus datæ sunt vniuersalẽ ecclesiã cõsensu probantur. Nã præter Gelasii autoritatẽ, & aliorũ cõmendationem, quã in d. 1. q. dist. tractat. in concilio Constantiensi sess. 8. meritissime damnatus fuit Ioãnis Wiclefii error inter alios, quos afferbat, epistolas decretales summorum Pontificum Apocryphas esse.

Item gesta sanctorum martyrum, qui multiplicibus tormentorum cruciatibus & mirab. confessionum triumphis irradiant quã ita esse quis catholicorum dubitet, & maiora eos in agonibus fuisse perpesos, nec suis viribus sed Dei gratia, & adiutorio vniuersa tolerasse: Sed ideo, secundum autoritatẽ antiquam, vel consuetudinẽ singulãrũ casu in sancta Romana ecclesia non legitur, quia eorum qui scribere nomina penitus ignoratur, & ab in fidebus, aut dictis superflua, aut minus apta, quam rei ordo fuerit, scripta esse putantur. Sic cuiusdam Quirici, & Iulice matris eius, sicut Georgii, aliorumque passiones huiusmodi, quæ ab hereticis probantur conscriptæ. Propter quod, vt dictum est, ne vel leuis subsannandi oriretur occasio, in sancta Romana ecclesia non legitur. Non tamẽ enim prædicta ecclesia omnes martyres, & eorũ agones, qui Deo magis, quã homin. nosi sunt, omni veneratione venerantur.

Item gesta sanctorum martyrum.) Martyr ¶ Græca dictio est, que Latine teste significat, & quamuis auctore Cypriano in l. de duplici martyrio ad Fortunatum, omnis piorum vita testimonium reddat Deo: & de Deo: non quod Deus cuiusquam indiget testimonio, qui est vera lux illuminans omnẽ hominẽ, sed quia ita visum est æterno illius diuinoque consilio, vt suam bonitatẽ, sapientiam, potentiam que apud homines per homines voluerit illustrare, ecclesiastica tamen consuetudo cognominis huius honorem propriẽ tribuere cepit his qui in tormentis, agonibus, & cruciatibus, vsque ad mortem perdurant constantissimi in professione nominis Iesu Christi, & Evangelicum instrumentum sanguine suo velut obtingunt apud incredulos. Sic sanẽ licet & ipsi martyres propter verã fidẽ & Christianã religionem constantissimã cõfessionẽ dici possint cõfessores, quod Gelasius probat ecclesiastica tamẽ traditione obtentũ est, vt ad martyrum distinctionẽ confessores dicantur illi, qui absque sanguinis martyrio, diem postremũ obire, moribus & religione, atque miraculis adeo illustres, vt iure optimo ecclesia eos in sanctorum numerum retulerit, ac referendos esse decreuit. Hinc & negatores dicti qui semel suscepto Christiano nomine tor-

mentorũ, ac mortis metu Christũ abnegarunt, quum dubio procul tenerentur persecutionibus, potius Christũ confiteri, vt confessores, & martyres dici merito possent, quã illum, spe inanis vitæ abnegare. huiusmodi temeritatis, sicut & illius insignis constantiæ, præclara mentio sit ab Eusebio lib. 5. ecclesi. hist. c. 1. & Nicephoro lib. 4. cap. 17. His adde quæ tradit Claudius Spencæus in priorẽ epist. ad Timoth. c. 2. num. 5.

Quia eorum, qui scribere, nomina penitus ignoratur.) Illorũ igitur martyrum historias Gelasius in Romana ecclesia non legi asseuerat, quarum auctores profus ignoratur. Atque ideo passim videmus in ecclesijs, præsertim in officio matutino, legi multa de martyrib. & sanctis ex autoritate doctorum ecclesiæ, Hieron. inquam, Augustini, Gregorii, Ambrosii, & aliorum, qui ob vitæ integritatẽ, ob insignem religionis Christianæ professionem digni sunt, vt illorum testimonio vtamur, & præterea ex ecclesiastica historia maxime Eusebii, qui & de martyribus opus quoddam scripsit, vt is asseuerat lib. 2. c. 16. ex Tripartita, ex Theodoro, Socrate, Sozomeno, Euagrio, & his similibus. Sed & nuper in publicum prodire Simonis Metaphrastæ Græci authoris vitæ sanctorum patrum, & martyrum, opera & diligentia Aloysii Lipomani Veronensis Episcopi in Græco in Latinum translata.

Aut d. d. superflua.) In primo conciliorum tomo apud Gelasium legitur: & ab infidelibus idiotis superflua. ipse legeret; & ab infidelibus aut idiotis superflua.

Quirici, & Iulice matris eius.) Horum martyrum cõmemoratio sit in ecclesia Romana die 15. Iulij. at in ecclesia Toletana & Granatensi die 16. Iulij. Sic & diui Georgii festum celebratur 23. die Aprilis in ecclesia Romana, & in omnibus fere Christiani orbis ecclesijs. Extat in Iulitam martyrem concio quinta diui Basilij Cæsariensis, atque vtriusque martyris vita inter eas quas Simon Metaphrastæ scripsit, apud quem itidem & vita beati Georgii legitur.

Quæ ab hereticis probantur conscriptæ.) Apud Gelasium in primo conciliorum tomo, & Burchardum rectius legitur, que ab hereticis prohibentur conscriptæ. Sed & sexta synodus can. 63. igni tradendas esse censent martyrum historias ab hereticis, & infidelibus conscriptas.

Omnis deuotione venerantur.) Quãuis Gelasius admonuerat, historias martyrum, quarum auctores ignoratur, in ecclesia Romana non legi, ipsos tamen martyres venerandos esse, testatur, ac docet. Vnde impiũ est, ex eo hereticos Christianorum populũ auertere à veneratione sanctorum, quod eorũ historia, que vulgo circumferuntur, ab ecclesia Romana minime probentur. Ecclesia etenim martyres quosdam, & alios viros, moribus, sanctitate, & miraculis illustres in diuorũ, ac sanctorum numerũ diligentissima inquisitione præuia, maturaque consilio præmissa referendos esse decreuit; non tamẽ ex ipso probat, nec recipit historias, que à quocunq; fuerint de martyrum gestis cõscriptæ, imo eas admodum maximo cũ iudicio legẽdas esse. Tenemur igitur factos ab ecclesia in diuorũ numerum relatos omnino venerari, siquidẽ hac in re iuxta veriorẽ sententiã errare ecclesia nõ potest, sicuti & nos scripsimus l. 1. var. resol. c. 10. Tamet si nõ cogamur adhibere fidẽ his quæ de martyrum gestis fuerint passim scripta, nisi & hæc fuerint ex traditione ecclesiastica plane recepta, aut Apostolica ecclesiæ decreto probata.

Item vitas patrum, Pauli, Antony, Hilarionis, & omnium eremitarum, quas tamen vir beatissimus scripsit Hieronymus, cum omni veneratione suscipimus.) Diuus Hieron. in l. de scriptorib. eccle. asseuerat, scripsit ille ipsum vitas Pauli, Hilarionis, & Captiui monachi. Atque ita inter eius opera tomo primo hi tres libri vulgo circumferuntur. Antonij vitam scripsit Athanasius, sicuti tradidere Rufinus lib. 10. hist. eccl. c. 8. Socr. lib. 1. c. 21. & Hieron. in Athanasio, qui in Euagrio scribit Euagriũ id opusculum in Græco in Latinum traduxisse. de eodem Antonio multa lecto poterit legere lib. 1. Tripart. c. 11. de Hilarione Sozomenus lib. 3. c. 10. qui de Antonio, & alijs Eremitis tractat, de quibus tractauerit Socrates l. 4. c. 23. idem Sozomenus lib. 1. cap. 13. ac Nicephorus in hist. eccl. Sed & vitas monachorum; & Eremitarum, præter alios scripsit Euagrius, eiusque discipulus Palladius, teste Socrate in li. cap. vigesimotertio, & Timotheus, vt scribit Sozomenus lib. 6. hist. eccl. cap. 19.

Item vitas beati Sylesii. Apostolica sedis præfultus, licet eius, qui scripsit nomen ignoremus, à multis tamen in vrbe Romana catholicis legi cognominis: & pro antiquo vsu multa hoc imitantur ecclesia.)

Laudat hoc in loco Gelasius, & probat actus beati Sylesii, & scilicet historiam de rebus gestis à beato Sylesio tamẽ tũ

tametsi asseuerat eorum autorem esse incertum. Laurentius Valla in eo libro, quem aduersus Constantini donationem studio calumians potius, quam veritatis indaganda, in sacrosanctam sedem Apostolicam debachatus scripsit, blasphemum eundem animo asseuerat, huius historiae scriptore furciferum, & nebulonem fuisse, cui ex aduerso respondens August. Eugubinus libro hac de re edito, censet Eusebium Casariensem actus Syluestri scripsisse, quod mihi egre persuadebit: multa etenim sunt indicia ex his, quae Eusebius de vita Constantini scripsit, quatuor ea de re libris editis ad mortem vsque ipsius Caesaris, quibus ipse perperis facillime crediderim, & constanter asseuerauerim, actus beati Syluestri nequaquam ab Eusebio scriptos fuisse. Non enim tacuisset Eusebius vitam Constantini omni conatu scribens, ea quae precipue hac in historia Syluestri narrantur, & quae potissimum ad Constantini gesta pertinent: quae quidem tacuit, imo quandoque contraria asseuerauerit, quod statim probabitur. Tametsi in codice vetustissimis characteribus scripto ex Bibliotheca illustris admodum Didaci à Mendoza mihi commodato, legerim Graece vitam beati Syluestri, cuius titulus authoris Eusebium Casariensem significabat. Etenim quinto tomo vitarum, quas Aloysius Lipomanus à Graeco in Latinum verti curauit, illud opus Simeoni Metaphrasae tribuitur. Sūt qui Damaso Pōtifice actus beati Syluestri tribuant, qui Pontificū omnium à Petro exorditus vitas, & gesta pertrinxit in eo opere, quod Pōtificale appellat, teste Alberto Pighio *li. 5. de eccl. hierar. c. vlt.* & Trithemio in Damaso. Hae tamē missa faciamus, cum teste Gelasio, actus beati Syluestri Romae multis tūc probati, dictique fuerint, atque ideo & apud alias ecclesias eandē habuerint fidē. Inquiramus tamē quid veteres historici, & alii authores de his, quae ex historia Syluestri & eius actibus solent videri cōtrouersa, haecenus senserint, & scripserint, quod à me breui quodam examine tradabitur, vt Gelasij locus eam interpretationem habeat in huius historiae mentione, quae vel utilis, vel necessaria sit.

Primum etenim in cōtrouersia incidit Magni Constantini baptismus ex gestis beati Syluestri. Ex quibus constat magnū Constantinū Romae à beato Syluestro baptizatum fuisse in eiusdem principatus initio, cum idē Imperator lepra grauer infectus consilio impiorū medicorū decreuisset balneo uti sanguine infantum pleno, eique nocte Petrus & Paulus apparuissent crudelitatis decretum improbant, ac confluentes, vt Caesar ipse Syluestri ad se vocaret, qui eum lauacro baptismi ad spirituale, & corporale salutē restitueret. Sic denique historia ista, praeterquam quod à Damaso Papa in pōtificiali referatur ex beati Syluestri gestis, & à Simeone metaphrasae quinto tomo ex editis cura & diligentia Aloysii Lipomani Veronensis Episcopi, extat & in Constantini Mani edicto, & decreto, quod traditur in primo conciliorū tomo ab Iuone Carnotensi *li. 4. tit. de dignitate. Rom. eccl. à Gratiano 69. dist. c. Const. imp. ab Alberico in l. 1. §. in init. ff. de offic. praefect. vrb. ab Iliodoro non Hipalensi, sed Iuniorē in tract. de synod. tit. de Nic. syn. à Castaldo in tract. de imp. q. 51. n. 25. & 27.* eiusdem historiae meminere Theophanes & Zonaras Graeci quidem historici, nō contemnendae autoritatis. Sed & huius historiae testimonio vsus est Hadrianus Papa literis datis ad synodū septimā, quae Constantino, & Irene imperantib. celebrata fuit aduersus imaginū oppugnatores quae admodū constat in aditione secunda eiusdem synodi, quae Nicæna item dicitur. Et quisquis est, qui nomine Hieron. vsurpato ad Eustochiū scripsit de vinculis beati Petri inter Hieronymi opera quarto tomo. Gregorius itē Turonēsis Episcopus, qui anno sexcentesimo tricesimo scripsit. *li. 2. c. 31.* Nicolaus tēterius Pōtiffex Maximus in *c. fundamenta de elec. in 6.* Idē de baptismo, & lepra Constantini diligenter narrat (Georgius Credenius in eodē Constantino, & ante eū) Nicephorus *lib. 7. ca. 33. 34. & 35.* huic opinioni adhærens, & asseuerans eadē ab ecclesia certo predicari. idē *li. 8. c. 54.* scribit ipsum vniuersali ecclesie hac in historia consentire, & credere, Constantinū Magnum Romae à beato Syluestro ante synodum Nicēnā sacro baptismi lauacro Christi fidem suscepisse. Eandem opinionem pluribus rationibus, & testimoniis probare conatur Augustinus Eugubinus de donatione Constantini aduersus Vallam. *nu. 77. & seq.* qui & Anselmi testimonio vitur ad huius historiae fidem probandam. Quam nos probamus ex Gelasij autoritate, qua vsus fuit Iuo Carnotensis. Dubia tamen ex eo videtur quibusdam, quod Eusebius Casariensis: qui eiusdem Imperatoris Constantini Magni familiaris fuit

quique eius vitam vsque ad obitū, quodā encomio quatuor libris complexus est scripserit, eum in suburbano vico Nicodemiae à Christianis episcopis in extrema aetate prope mortem baptizatum fuisse, ipso imperatore corā Pōtiffice causam dilati baptismi animo pessimo reddente, nepe quod in Iordane fluuiū baptizari desiderasset. Hae Eusebius *li. 4. Idē scribere Theodoretus li. 1. c. 32. Socrates li. 1. c. 7. Sozomenus li. 2. c. vlt. & Euagrius li. 3. c. 41.* Sed & ipsius Sozomeni testimonio *li. 3. c. 19.* constat, Constantinum Magnum tempore Nicæne synodi nondū baptizatum fuisse, sed catechumenū, vt interim mirer, qua ratione Eugubinus scripsit, baptismum Constantini, cuius Eusebius meminerit, fuisse potius balneū calidarū aquarū, ad quas eger Constantinus sanitati cōsulens accesserit quā sacri baptismi lauacrum. Eusebius, & qui eū secuti sunt, apertissime de sacro baptismo fuerint locuti, atque ideo potuit Eugubinus negare hanc historiae, nō tamen ei licuit quae à veteribus historicis scripta sunt, aduersum eorū mentē interpretari. Sed & hanc Eusebius de baptismo Constantini historiae sequitur diuus Ambrosius in oratione de obitu Theodasij. Et tamen D. Hieron. & Hieronimus Contraetus in chronicis quāuis pene idē sequantur, ausi fuere Christianissimo principi hanc iniurere notam, quod ab Eusebio Nicomedienfi episcopo Arriano baptizatus in Arrianū dogma declinauerit. Nos in hac re nihil esse certius censemus, quā quod fuerit cōmuni consensu ecclesiae Catholicae receptū: cuius definitionis cōtrouersiam relinquimus [historiae de B. Syluestro Gelasij auctoritatem secuti accedentes. Obiter etenim ab aliquot summis Pontiffice prior opinio recepta fuit. Quem admodū & receptū quandoque fuit Constantini edictū, in quo baptismus illius iuxta eandē historiae fidem expressim narratur. Atque ideo nobis satis fuerit hac teugisse. Nā & Platina in Marco, licet de lepra, & eius per baptismū emundatione, de quo sanguine infantū ab alijs scripta, fabulā esse censet, credit tamen Constantinum Magnum pulis ab vrbe tyrannis Romae à beato Syluestro cum Crispo filio baptizatum fuisse, nec sibi persuaderi posse asseuerat, prius eipem hunc qui in signo crucis tot hostes deuicerat, qui tot templa in honore Dei edificauerat, qui sacris concilijs praesens fuerat, qui toties cum sanctis patrib. in mysterijs orauerat, baptismi sacri lauacro nondum fuisse cōtra hostem humani generis munim, totque annis inter Catechumenos voluisse censer.

Secundo loco eadem fere cōtrouersia vertitur de *caus. eiusd. donat.* qua Pontiffice summo Syluestro, eiusque successores vrbes Romae, Italiae vrbes, & totius occidentis, idem Imperator donasse fertur. Hae etenim donatio probatur ex Constantini decreto, quod integre traditur in primo conciliorum Tomo ab Iuone Carnotensi, ab Iliodoro, Alberico, Eugubino, & Castaldo, quorū paulo ante meminimus eiusdem decreti, & donationis meminit Nicolaus tertius summus ecclesiae Pontiffex in *cap. fundamenta de elec. in 6.* idem Constantini edictū extat Graece, & Latine Romae in Vaticana bibliotheca, & in alijs Italiae bibliothecis adductum, olim fuisse à Constantinopoli ex bibliotheca Platina eiusdem decreti exēplar quod simile fuit omnino his, quae Romae legantur, probat Cast. dus, ac denique Eugubinus cōstanter adseuerat, passim Graece & latine hoc edictū vtiq; seruari. (extat tandem edictum istud Graece apud Photium in Nomocanone *tit. 7. c. 1.* & Gennadiū Patriarcham Constantinopolitanum in *Apologia pro concilio Florentino, c. 5.* quamuis apud hos authores in edicto nulla fiat mentio baptismi, cuius paulo ante meminimus sed donationis tantū, de qua modo disputamus.) Ex multis tamen coniecturis, & rationibus dubiū est, an vere haec donatio facta fuerit à Constantino Magno, praesertim ex eo quod Eusebij, omnium historicorum consensu idē Constantinus in testamento, & vltima voluntate tribus filijs, quos Caesaresiam constituerat, Romanū diuisit Imperium, & eorum cuidam Italiae, & quae fertur ecclesie donasse reliquit. Quod profecto non fecisset, si vere eadē Syluestro donasset. His accedit quod huius donationis nec Gratianus, nec Damasus in gestis beati Syluestri meminerint. Sed nec historici, qui Graece & Latine Constantini Magni res scripserunt, vllam hac de re fecere mentionē, proculdubio nō omisituri, si vel ea donatio facta fuisset, vel ipsi sciuisent factā esse, quod eos latere nō poterat. Diligētē enim indagatū omnia Constant. Magni tempora gesta, quod ad ecclesiasticā historiae attinet, Euseb. Casariensis, Socrates, Theodoretus, Sozomenus, & Calliodorus, Sed

Sed & omnium scriptorum consensu constat, post Syluestrum, & Constantinum quadringenti annis Pontifices Romanos eadem donatione non vios fuisse, nec vrbis Romae iurisdictione temporale habuisse, quibus & aliis rationibus donatione à Constantino Magno facta vere fuisse negant Aeneas Sylvius postea Papa Pius in dialogo, quæ ante Pontificatus in Germania editi chart. 21. Georg. Merula Alex. lib. 1. Vicecomitum. Hier. Balb. lib. de coronatione. pag. 81. Felin in c. solita. de maior. & obed. col. vlt. 10a. Ignatius in donationes. n. 22. C. de don. inter vir. & vx. dubitat Barb. in rubr. de verb. oblig. col. 11. Cagnol. in proam. ff. n. 79. And. Alc. lib. 2. par. 19. & plerique alii, quorum primas obtinere Laurætius Valla, qui integro libro probare conatur, donationem istam non qua facta fuisse, euique formulâ, quæ tunc confertur, si- cutam atq. cõmentitiam esse, & huc tectus Carolus Molinæus vir sane nimis audax parumq. modestus erga sacrosanctæ sedis Apostolicæ maiestatem, is in quâ in Alex. cons. 24. lib. 5. col. vi. vt ad edictum Henrici Gallorū Regis n. 121. fabulâ esse censet, quæ de donatione ista vulgo traditur. Nos vero etiam videremus plures de fide huiusmodi dubitasse, legimus tamē Rom. Pont. eius meminisse quamuis id obiter, & caute fecerint, cui res ad historiâ pertinere, q̄ quibusdâ videtur incerta, atq. ideo cõsensum nemini licuisse nec licere hanc re aduersus Romanâ, & Apostolicâ sedē impie loqui & oblatrare. Potuit enim donatio ista fieri, neq. ideo neganda esse, quod scriptores antiqui eius non meminerint præsertim eū sit com. opin. hominū receptū, hanc donationem à Constantino factâ fuisse, quemadmodum asseruerat And. Alc. & deducitur ex his, q̄ modo scripsimus, & q̄ longo tractatu fuerit Eugubinus, Cardinalis, Iacobatus in tract. de consiliis. libro 1. art. 3. & Cast. in d. q. 51. qui & alios referunt hanc opin. probantes, quæ probari videtur in elem. prima de iur. i. quo in loco gl. in ver. Constantini querit, an hæc donatio, si vere facta fuerit, iure potuerit valere, in eaque perseverat sententia, vt existimet valuisse hanc donationem. qua in re parū nos immorabimur, siquid ex veterib. multi hoc argumentum tractauerunt, quorū cõmuniore est sententia q̄ asserit, eam valuisse, sicuti coitit ex Abb. cons. 82. lib. 1. Card. in elem. vnica. de iur. & p. col. 2. Fel. in d. c. solita. Bart. in proamio Pandectarū, & ibi Cagnolo, Abb. in c. inter dilectos de fide instr. col. 9. & in c. venerabilis. q̄ si sol. legit. Gomezio in §. Item Seviana. n. 44. Inst. de actioni. Causido in d. q. 51. Remundo Ruso contra Molinam pag. 645. Florent. part. 1. histor. n. 8. c. 2. §. 8. Augustino Anthona in li. de potestate. col. 43. art. 1. & seqq. quam opinionē tenuerit Accurs. in li. in ver. pertinere. ff. de offi. pref. vrb. Spec. & alii qui à Iuniorib. citantur, tamen idem Accurs. in ant. h. quomodo oport. episc. Albe. in l. bene à Zenone. C. de quadri. pr. c. n. 22. & quidam iuris civilis inter pretes cõtrarium probare conentur. Quibus denique ommissis opinamur, sum mos ecclesiæ præfules præter hæc Constantini Magni donationem multa iura habere, quibus iure optimo defendi possit iurisdictione vrbis Romæ eiusq. dominium atque ite aliarū vrbium, quas Ecclesiâ Romana sacrosanctæque sedes Apostolica possident, ex his in quâ Christianorum principū largition. quarū meminere Alc. Eugubinus Cast. Remund. Rufus cõtra Molin. pag. 614. Alb. Phigiis li. 5. de ecclesiæ iur. c. vlt. Blóodus, Georg. Merula, & Paulus A. milius de gestis Francorū in Pipino, Carolo Magno, & Philippo primo.

His accedit, elle cõsentaneū ecclesiasticæ authoritati inter alias rerum temporalium dotes, & hæc quoque insigniri, vt castra, & vrbes eū potestate vtriusque gladii sub eius habeat dominio, sicuti quæstionē istâ examinans probat multis rationibus Dominicus Soto lib. 10. de iur. & iur. q. 4. art. 5.

Cæterum apud Gratianū, 12. q. in cap. futuram. ex testimonio Melchiadis Papæ traditur, Constantini Magni baptizati Romæ fuisse, & donationem hanc ecclesiæ Romanæ fecisse, cuius in edicto eiusdē Constantini mentio fit, & de qua modo disputauimus. Probauimus tamē in practicis quæstionibus. c. 31. n. 2. illius c. titulum falso Melchadi Papæ ex eo, quod illic relata contigerint post ipsius Melchadis obitū, & quia Melchades occisus fuerit, & Martyriū passus est Maximini iussu, qui Constantinum in Imperio proecessit, Quæ quidē ratio est omnino intelligēda vel de Maximino Galerio, qui Cæsar fuit eū Constantino patre Constantini, & orientale imperium obtinuerit, vel de Maximino, qui tyrannidē in oriente aduersus Liciniū Cōstantini Magni cõsortē exercuerit & ab eodē Licinio victus est. Quod si Melchades Papæ & martyriū passus est iussu Maximini Galerii, dicemus hoc martyriū contigisse vltimo anno imperii ipsius Maximini, quia Eusebius & Herman. Cõtra mortē Melchiadis, & Maximini

Galerii fere eidē anno adscribit. Et eadē ratione dicendum erit, Melchadē passum fuisse sub Imperio Cōstantini Magni, quia auctore eodē Eusebio, mortuo patre Cōstantino, in Gallia, & Britania Imperiū Rom. accepit anno Domini fere CCCX. & cū Galerio Maximino Cōstantii patris cõsorte diuisum adhuc id habebat. Addit tamen Eusepius, Cōstantiū contentū dignitate Augusti Italia, atq. Africa, administradē sollicitudinē recussisse eaque Galerio Maximino cessasse, atq. ita ex aliis auctorib. deducitur, Italia, atq. Africa curâ habuisse Maximinū Galeriū ad eius vltimū obitū, Nam in Italiâ seuerū Cæsarem misit, quia à Maxentio, aut eius dolo extinctus est. Hæc vero historia de martyrio Melchiadis sub Galerio Maximino & eius iussu, mihi ex eo dubia videtur, quod ex eisdē Eusebio & Cōtracto suspicor, prius mortē obiisse Galeriū Maximinū, quā Melchadē, & quia eo tēpore, quo passus est Romæ Melchades, Româ & Italiâ obtineret Tyrannus Maxentius filius Maximiani Herculi in Christianos crudelissimus, qua ratione hoc ipsū Melchiadis martyriū abscribi nō poterit alteri Maximino, qui in oriente Tyrannus erat, itidē in Christianos feruissimus Galerii fororis filius, cū is in Italia & occidēte nūllū imperiū haberet. Vt cūq. sit, Melchades ex chronologia Eusebii, & aliorū passus est priusquam Constantinus Magnus victo Maxentio Româ & Italiâ obtinuerit, quamuis in Britannia, & Gallia tunc trib. aut quatuor annis post patris mortem imperauerat. Et quia facillimus fuit apud Platina, & alios affinitate nominū error, ipse opinor, Melchadē martyrio coronatū Maxentiū, nō Maximini iussu. Similis prope cõstat mutatio nominū in diuæ Carthagine historia. Siquidē scriptū extat, eam martyriū passam fuisse Alexandriæ, iussu Maxentiū, eoque præfente, quū Maxentius nō Alexandria, nec Orientis, sed Romæ, & Italiæ & imperium per tyrannidē habuerit, eritque fortassis in ea historia pro Maxentio substituendus Maximinus, quæ apud Orientē tyrannus, in Christianos feruissimus multos ex eis martyrio iussu occidi. Quibusdam tamen videtur, potuisse Melchadē de Constantini reb. iustificari. cū extant apud Eusebium li. 10. hist. eccl. & Nicephorum li. 7. c. 43. epistolæ Cōstantini Magni ad Melchadē Papā, quas veras esse cõfirmat D. August. in epist. 162. ad Glor. Eleusim, & Fotlicē, qui eandē controuersia tractat, quā epistolæ Cræcæ retulerūt, appellatque Constantiniū Imp. Christianū tempore Melchiadis Papæ, & indicat tunc curam Africæ habuisse proconsulē Anytū, vt nō satis cõvincat Eugubinus prædictas epistolæ cõfictas fuisse. Quod si vere sunt, vt ipse opinor, respondendū erit, quæstionem illā inter Cecilianū, & alios Africæ Episcopos cõtigit sub Melchade, ab eoque diffinitā Romæ fuisse ex Constantini Magni sollicitudine adhuc Maxentio Româ occupante, Africam tamen per præconsulē regente Constantino, qui tunc apud Gallos commorabatur, ex eo quod tyrannis prouincias occupantib. & inuadentib. Galerius Maximinus non potuerit Africam obtinere, & regere, eamque Constant. Magnus ex Gallia, constanti animo accepit sub eius protectione. Occiso vero Melchade, & Maxentio postea victo, cum Constant. Romam, & Italiâ à tyrannide liberasset, rursus iudicium Melchadis de Cecilianī causâ in controuersia vertitur, quod Augustinus tenet, & scribit, apud quē Christianus dicitur ante Syluestriū Constantinus, vel quia Catechumenus esset, & Christianis impensibilime faueret, vel nomē id tribuit Augustinus Imper. in eius historiæ narratione, nō quod eo tempore Christianus baptismo suscepto foret, sed quia postea Christi fidem baptisimi lauacro suscepit. Verum si dixeris, Cecilianī Episcopi Carthaginensis controuersiam in ea tempora incidisse, & initū habuisse, quibus iam extincto Maxentio Italiâ & Africam obtineret Constantinus, Eusebius & alij refragantur: ex quib. Melchades priusquam Maxentius mortem obierit, & præterea tunc extinctis tyrannis præter Licinium, qui Orientem regebat si Romæ Melchades post Maxentium fuit superstes, non est veritati consonū, eum martyrio coronatum fuisse: siquidē nullus esset in Occidente, saltem in Italiâ tyrannus, à quo potuerit occidi, euiusve iussu ad martyriū duci posset. Omnia etenim quoad ecclesiâ, & Christianissimum pacatissimam fuere in Occidente, occisus, & deuictus à Constantino Magno tyrannis: & paulo post in Oriente mortuo Maximino tyranno, & Licinio Cōstantini M cõsorte ab eodem victo, profligato, captoque & occiso. Quod si ex mendosis ac deprauatis Chronicorum Eusebii cõdicib. existimemus

receptum

receptum fuisse, Melchiadē ante Maxentii (bitum martyrio fuisse occisum & ex Optato lib. 1. Augustino, & epitolis Constantini opinemur, Melchiadē post Maxentii mortē obiisse, nullus profecto superest scrupulus. Sic etenim Historiam istā explicat Franciscus Balduin. in adnotat. ad Optat. Sed & Onufrius in Chronico, Melchiadis obitum anno fere tertio post Maxentii mortem plane adscribit.

Item scripta de inuentione sancte Crucis Dominice & alia scripta de inuentione capitis beati Ioannis Baptiste: nonnullae quidem reuelationes sunt, & nonnulli catholici eas legunt, sed ad catholici corū manu peruenierunt, beati Pauli Apostoli sententia præcedat, Omnia probatae, quod bonum est tenetis.

Item scripta de inuentione Sanctae Crucis. Apud Gelasium, & Burchardum legitur, Nouellae quidem relationes sunt. Et sane historia & de inuentione crucis Dominice, à Gelasio nec refellitur nec omnino recipitur inter Agiographa: admouet tamen summus ecclesiae Pontifex, ut ea cū iudicio, pie legamus. Etenim Eusebius Arianensis lib. 3. de vita Constantini Magni, cū Helenae meminisset, eaq; commemorasset, quae pietatis Christianae zelo præclare in religionis, & diuini cultus ac templorum ornamentū ab eadē diua Helena facta sunt, nequaquā de inuentione Dominicae crucis meminuit, profecto dignus culpa, si rem adeo seriā scienter omiserit, vel nimis negligenter ignorauit, minime veri ac solliciti historici officio functus. idem vero Eusebius Chronico huius historiae mentionem fecit anno 325. & communi ecclesiae consentia festum hoc inuentionis sanctae Crucis dominicae celebramus, ex Decreto Eusebii Papae Epist. 3. cap. crucis de consecrat. dist. 3. in eiusque diei lectionibus legimus Helenam Constantinianam matrem nocturno visu impulsam Hierosolymanam petiisse, ut dominicam quaereret crucem. Locus autē ubi ea defossa erat ab impiis gentilibus constructo ibidem Veneris templo pollutus, ut memoria passionis Domini deleteretur, rem difficilem reddebat, donec diuinis quibusdam indicis loco equidem cognito & templo illo contaminato diruto, aggregere exportato, sacrum illud resurrexerit antrum illuxit, repertaeque fueret tres sparsum disiectae crucis, & tabula, in qua Pilatus Iesum Regē Iudaeorum scripserat. Verum quia difficilis adhuc diuini ligni cognitio erat, quod ordine confuso crucis disiectae forent, dubia animi Imperatoris mater Deum obsecrauit, ut ei indicium fieret Tandem cum mulier quaedam honesto loco nata graui oppressa morbo extremo laboraret, periculo. Macarius Hierosolymitanus Episcopus vna cum Helena ad consentaneū accessit, crucibusque duabus admotis, eadem in eodem discrimine maneret: tertiamque & vere domini eam crucem illi admonuit. subito ista respexit, viribusque firmiter collectis lecto statim exiit: quo signo, & quod lignum illud diuini sanguinis stillam defluentem acceperat, cōperta veritas est, cognitumque lignū dominicae Sacriquet, fere reperti clauis, quibus Christi corpus transfixum fuerat?

sed & prae ecclesiae catholicae consensum, huius historiae meminere Theodoretus lib. 1. c. 18. Sozomenus lib. 2. c. 1. Nicephorus lib. 8. c. 29. Rufinus lib. 10. eccl. histo. c. 7. & 8. Cassiodorus lib. 2. Tripart. c. 18. Severus Sulpicius lib. 2. sacrae hist. Paulinus ad eundē Severum Epist. 11. & Georg. Cedrenus in Constantino Magno scribens id contigisse anno 20. eiusdem Constantinianae principatus: nulla miraculi ab hoc author. mentione facta, cuius tamen meminere cū praecitatis Platina in Syluest. Virg. Polid. lib. 2. hist. Ang. Diuus tamē Ambrosius in oratione de obitu Theod. industria: & solitudine Helenae iuuentā fuisse scribit crucē Dominicae cognitaque ex titulo eidem affixo, tacuit vero miraculū mulieris à morbo liberatę. Sed & Zonaras in Constantino Magno Helenam ipso comite Syluestro Dominicae crucē inuenisse narrat miraculū vero tacuit: Eiusdem inuentionis ab eadē Helena meminit Iustinianus Nouella 8. tandē Eusebius Papa in d. epist. 3. & d. c. Crucis. nulla Helena, & miraculi mentione habita asserit, eius Pontificatu Crucē Dominicae inuentā fuisse, qua ratione Crucis inuentionem sub Constantino, tamē ante eius orientale imperii contigisse, Eusebius Papa confirmat. [refertur à Gratiano in c. 1. neius. de consecr. d. 3. Sed & Georg. Cedrenus in Constantino scribit crucē ab Helena in somno admonita, inuentā fuisse anno vicefimo Imp. Constantini: miraculū tamen tacuit.]

Et alia scripta de inuentione capitis beati Ioannis Baptiste. Extat inter opera diui Cypriani tractatus de reuelatione capitis beati Io. Bapt. in quo longe describitur ac depingitur tota hæc de reuelatione capitis Ioan. Bapt. historia, conaturque illius operis author probare festum quod ecclesia celebrat IV.

Calend. Septembris, non esse dicendum decollationis Ioan. sed collectionis, aut inuentionis, vel reuelationis capitis Ioan. nominandum fore. Caterum illud opus non esse Cypriani Erasmus afflauerat, vel ex eo, quod illic mentio facta sit Pipini Aquitanorum regis. Nam si is est, in quem Stephanus Papa transtulit imperij titulos, alius etenim ab historicis quod ipse meminerim, non traditur, in mensum eius annorum intervallum à Cypriano ad eundem Pipinum, qui regnauit Cypriano domini 751. quingentis fere annis post Cyprianum. Huic rationi & alia, quae acerrime vrget, addit, siquidem in eo libello mēto sit Theodosij principis, qui annis plus centum post Cypriani mortem imperium obtinuit etiam si de Theodosio seniore intelligamus quod illic scriptum extat. quibus tandem euidenter probatur libellū istum, de quo modo agimus, Cypriano falso adscribi, & eius temere censeri. Historiam vero de inuentione capitis Ioan. Bapt. non fuisse primum scriptam ab autore illius libelli, qui falso Cypriano adscribitur, satis constat ex autoritate Gelasij, qui hoc decreto apertissime meminit libelli, qui de inuentione capitis beati Ioan. Bapt. scriptus eo tempore vulgaris erat vulgoque legebatur. Scripsit vero prædictum libellum eius author quis fuerit, bis centum annis post Gelasium. Vnde ipse opinor tempore Gelasij editum fuisse opus aliquod, in quo scripta erat inuentionis capitis Io. Bapt. que sub Martiano Imperatore paulo ante contigerat, cuiusque meminit authoris, qui libellum supra commemoratum scripsit. apud quem ibi legitur chronica Marcelli principis legat, ipse legendum esse censeo chronica Martiani principis legat, aut fortassis chronicon Marcellini Comitis legat. Etenim Marcellinus Comes in chronico narrat, sub Martiano Augusto inuentionē capitis Io. Bapt. contigisse eo fere modo, quo apud Cyprianū scribitur, die vero 24. Februarij, Vincomato, & Opilione consul. anno domini iuxta Haloandri chronologiam. 455. Sed & Sozomenus eccles. hist. author hoc multo vetustior lib. 7. c. 21. scribit, monachis quibusdam sub Valente Hierosolymis caput Io. Bapt. repertum esse, atque inde illud addatum in Pantichium, quod est oppidum paruum nō longe à Chalcedone, repositum; in vicino vico, quem incolae Conisiam vocabant, donec Theodosius imperator illud in Constantinopolim attulit, septimoque ab vrbe lapide aut miliario templo magnifice constructo, eidemque dino Ioanni dicato ibid. repositum. Eandē historiam reperit Nicephorus lib. 12. c. 29. (quāuis sit magis consentaneum, in præcitato libello mentionem fieri chronice quā Marcellus monasterio præfectus, cui & reuelatio facta fuit, hac de re scripsit.) Sub Iuliano autem imperatore in Sebaste Palestine prouincię vrbe diui Ioan. Baptiste monumentū paganos inuasisse, ac demum collecta eius ossa quae prius dissipauerant, igne cōcremasset, cineremque per planiciem capii proiecisse, monachosque quosdā Hierosolymitanos ex monasterio Philippi caute mixtos his qui ossa colligebat, quidquid potuerit ex ossibus collegisse, tulisseque ad corū patrē Philippum, scribit Rufinus lib. 10. eccl. histo. 11. c. 28. idem fere lectōr poterit adnotare ex eo libello, quem falso Cypriano adscribi diximus, ubi Iosephus, vt opinor, corrupte dicitur, qui à Rufino Philippus nominatur. His sane partim suffragatur Theodoritus lib. 3. eccl. histo. sub Iuliano cōmemorans in Sebaste vrbe paganos, aut gentiles ossa diui Ioan. Baptiste igni tradidisse, pulueremque dissipasse, ex terra tamen tacet. Hunc sequitur Nicephorus lib. 10. eccl. 13. idē scribens factum fuisse de ossibus Helisai Prophetae, qui & Sebaste sepulchrum suū habebat. Nā & Sebaste sepultos fuisse Helisaium, Abdiam Prophetas, & Ioannem Baptistam scribit diuus Hieronymus in Epitaphio Paulae. [idem in Minibam cap. 1. & in primū Abbat. caput.] Prosper tandem Aquitanicus tradit, anno Domini 394. Theodosium venerabile Ioannis Baptiste caput ex viro Colisio Constantinopolim deportasse, ac recondidisse in templo magnifice constructo in eius honorem septimo ab vrbe lapide. At Theophylactus in Matth. capit. 14. scribit corpus D. Io. Baptiste apud Sebastum Cæsaream sepultum: caput vero primum depositū fuisse in Emesienorum oppido.

Item Rufinus vir religiosus plurimos ecclesiasticis operis editi libros, non nullas etiam scripturas interpretatus est. sed quoniam beatus Hieronymus in aliquibus eū de arbitrio libertate notauit, illa sentimus, que prædictum beatum Hieronymum sentisse cognoscimus. Et non solum de Rufino, sed etiam de vniuersis, quos vir sapiens memoratus zelo Dei, & fidei religione respicit. Rufinus? Aquileiensis ecclesie presbyter nō nimis a apud veter.

veteres laudem est consecutus, eū in diuinis scripturis interpretanda, eū in Græcæ & Latine linguæ eruditione nō esse vulgari. Habuit enim teste Gennadio, elegās ingenium in Græcis operibus. in Latinam linguā vertendis: clarescente Hieronymi, cum quo graues exercuit similitates, quārū memor Gennadius nimirū Ruffino tribuit, Hieronymi quārū plurimū detrahens, nō satis intelligens quantum à diuino Hieronymo Ruffinus abūt, qui si ecclesiastica historia Eusebii & Iosephi opera, quæ nunc Latine circumferuntur, ex Ruffini translatione, non metiuntur auctorem, eademque conferat lector cum Græcis codicibus, dubio procul multa incidet loca, ex quibus cōperiet, Ruffinū nec Græcæ nec Latine linguæ exactam cognitionem habuisse. quæ vero Hieronymus in Ruffino notauerit, deduci possunt ex his libris, qui aduersus Ruffinū ab eodem Hieronymo editi sunt, & in secundo Tomo habentur: ad quorū intellectū legenda sunt quæ Ruffinus aduersus Hieronymum scripsit & hære typis excusa in quarta operum Hieronymi parte. Ceterū quod Gelasius scribit de Hieronymi censura obseruanda in alios Ecclesiasticos auctores, ita nō fallor, est accipiendū, vt si quid Hier. notauerit, illud sit caute legendū, & maximo cū iudicio, ne qua ex parte offendat catholicas fidei assertiones, non tamen statim hereticū erit censendū nisi id Ecclesia definerit, aut iam fuerit definitū, vel sit aduersus diuinis scripturis contrariū vt manifestus sit in reb. fidei error. Aliquot enim displicuerunt Hieronymo, q̄ ab Augustino, & alijs probantur, nec præter Ecclesiā in Catholica, & summū totius Christiani orbis Pontificē, quifq̄ habet auctoritatē pronuntiandi aliquid hereticū esse, tamen si docere possit id refragari diuinis scripturis, atque ideo dignum quod ab Ecclesia hereticū iudicetur, nisi foret adeo manifestus error, vt nullā possit de ea re apud vere Catholicos esse controuerſia.

De Origine nonnulla opuscula, quæ vir beatissimus Hieron. non repudiat, legenda suscepimus, reliqua autē omnia cū suo auctore dicimus esse venianda. Origines, qui & Adamantius presbyter, natione Alexandrinus Clementis Alexandrini discipulus, magni & excellentis ingenii vir, Leonide Martyris filius, claruit sub Alæandro Imperatore Mammege filio obiit sub Gallo Cæsare post Deocletianum imperante anno sc̄re, ætatis septuagesimo, auctore Nicephoro li. 5. c. 33. an. Do. 256. vt Hermannus Cōtractus scribit, de Origine, eiusque libris tractant Eusebius Eccl. Hist. li. 6. Socrates li. 6. c. 12. & 13. Nicephorus li. 5. ex quib. Eusebius & Socrates in eius laudes erumpunt animose, idemq; Eusebius, quod Gelasius hoc in capite cōmemorat, librū vnū in Origine laudē edidit, aut sane apologiam pro Origine in sex libris distinctam, quæadmodū Hieron. & alii tradiderunt & Eusebius ipse asseruerat li. 6. Eccl. Hist. c. 36. Fuit vero olim nō leuis cōtrouerſia inter Christiani orbis Episcopos de libris Origines recipiendis, aut reprobandis. qua de re Socrates, & Nicephorus Græci auctores tractauerunt nō semel, sed maxime Nicephorus li. 1. 3. tandē Cōstantinopolitana synodus, quæ quinta est inter vniuersales, eius impia dogmata nominatim, & auctore ipsum ea ratione damnauit sub Iustiano Principe, sicuti idē Nicephorus scribit li. 1. 7. c. 28. & cōstat ex eiusdē synodi actione, in 2. concil. Tomo. Etenim cū Origines nō nihil in sacris literis exponere vellet, seipsum in errore coniecit, vnde multa nefanda, & exitiosa protulit verba, ex quib. Arius, eiusq; sectatores suorū dogmatū materiā sumserunt, quod Suidas, & idē Niceph. fatentur in d. li. 17. c. 27. ipse autē Origines Martyrii timore inani, quod pati recusat, abiurata fide Satana instigante à diuina sententia, & gratia, q̄ primū illi fauorū aderat, omnino delapsus alienas à religione Christiana opiniones induxit, per quas multis à sententia recta discedentibus, longo post tēpore damnationē Ecclesiæ dignissime passus est, infelixq; tunc obiit, ac miser teste Nicephoro li. 5. c. 32. & 33. Proscriptus sane ab Ecclesia, ignominiam istam non ferens Alexandria relicta in Iudæā profectus mortem obiit, Tyriq; sepultus est, auctore Suida, qua ratione intelliges lector cādide, Origenem à Gelasio schismaticū appellari. Sed & de Origine multa Georgius Credenus in Epitome, vbi de Seuero, & Iustiniano imperatoribus agit. Hieron. vero eiusdem Origines opus in Cantica Cantorum laudat, & in Latinā linguā vertit, sed & librum edidit, & scripsit ad Auitū, in quo docet, quid cauendū sit in libris Origines scripsit, id est de principijs. Epistolam etiam ad Pammachium, & Oceanum de errorib. Origines, de quib. adhuc differit Apologias aduersus

Ruffinum, & hæc reperiet lector in secundo Tomo. Extāt, & de eadem re Ruffini quædam scripta, partim ab eo è Græco in Latinum traducta in quarto Tomo operum Hieronymi, quæ quidem lector diligenter examinabit ad Origines errores vitandos, & ad intellectū huius capitis. Nam Hieron. Ruffinus, & Gelasius ante quintam Synodum, in qua damnati fuere. Origines opiniones, scripsere. Sed & Vincent. Lirinensis in libro aduersus hæreses plurimū dolet, Origines libros, vel ab hæreticis corruptos, vel ab ipso auctore ita scriptos, multis blasphemiarum vulneribus icatentes ad errores persuadendo multum olim valuisse.

Ceterum de historia Eusebii, de qua Gelasius hoc in c. meminit, tractabimus in c. seq. vbi de Apocryphis libris agetur. Opinor tamen Gelasium, dum Eusebium notat, quod librū vnū de laudibus Origines conscripserit, fortassis de libro sexto Ecclesiasticæ historiae intellexisse, quod si quis malit, vt nos paulo ante adnotauimus, de Apologia ab eodē Eusebio scripta, in sexq; volumina distincta intelligere, nō admodū refragabor, imo post primam huius operis editionem sic locum istum Gelasij intelligendum esse cenſeo. Nā & Septima Synodus actio 5. eiusdem Apologiæ meminit; & eam improbat. tamen hac in re parum diligens videtur Rhe-nanus in epistola nuncupatoria Ecclesiasticæ historiae.

Imo Orosium, virum eruditissimum collaudamus, quia valde nobis necessariam aduersus Paganos calumnias ordinauit historiam, miraueque breuitate contextit.

Orosius presbyter Hispani generis, vir eloquēs, & eruditione insignis, scripsit aduersus quæculos Christiani nominis, qui asserbant, Romanum imperium ex eo defecisse, quod Christi fidem & religionem Romani, eiusque subditi suscepissent, idque opus in septem volumina distinxit, sed & ab Augustino missus ad Hieronymum pro discenda animi ratione, rediens reliquias beati Stephani Martyris primi tunc nuper inuentas primus intulit occidenti. Hæc Gennadius, Marcellinus Comes, & Trithemius, Claruit prope annum Domini 400. Prosper Aquitanicus, & Hermanus Contractus in Chronicis. Denique Orosius elogio Hieronymi, & Augustini commendatur, fuit vero Tarraconēsis auctore Volaterrano. Ceterum de reliquijs beati Stephani aliter scribit Nicephorus li. 14. c. 9. ex Theodoro lectore. & Simeon Metaphraistes vitarum Tomo 6.

Item venerabilis viri Sedulij paschale opus, quod heroicis descripsit versibus, insigni laudi præferimus.

Quamuis Petrus Crinitus olim, & nuper Gregorius Gyr-aldu de poetis diligentissime historia scripserint, nondū apud eos huius poetæ mentionē cōperio factam fuisse, nisi eorū scripta oscitanter legerim. Verū Trithemius ex Sigeberto scribit Sedulium presbyterum Scotum natione fuisse qui opus insigne iuxta seriē Euangelii carmine scripserit, quod vulgo legitur, & incipit, Paschales quicunque dapes conuiuā requiris. Sed & alia scripsit, quorū idē auctor meminit. & floruit sub Theodosio Seniore, Anno ferme Domini 430.

Item Iuueni nihilominus laboriosum opus non spernimus, sed miramur.

Ita locum istum ipse legendum esse cenſeo ex Burchardo, & eodem Gelasio in primo conciliorum Tomo. Nam cū Gelasius Sedulij meminisset, par est & statim ipsum Iuueni mentionem facturum propter operis, materiæ, & scriptoris similitudinem. Quamuis apud Gratianum nō Iuueni, sed Vincentij legatur. Quæ quidem lectio etiam si admittenda sit, non est intelligenda de Vincentio, qui opus, aut speculū historiale scripsit: nō enim potuit eius meminisse Gelasius, qui multis annis eum præcesserit. Fuere tamen ante Gelasium duo Vincentij quorum Trithemius mentionem facit, sed ipse Gelasium intelligo de Iuuenico presbytero, qui Hispanus fuit, & nobilissimi generis, qui quatuor Euangelia Hexametris versibus pene ad verbum transferens scripsit, nonnullaque alia de sacramētis, floruitque sub Cōstantino Magno, & filijs eius prope annum Domini 330. auctores Hieronymo de viris illustribus & scriptoribus Eccl. & in chronico, Petro Crinito libro quinto de poetis Latinis, Gregorio Gyr-aldo dialog. 5. Trithemio, & Ioanne Bassæo.

CAPVT XVII.

De libris Apocryphis, & an hi legi publice, vel priuatim Possint ex Gelasio.

SYM M A R I A.

1 Apocryphi libri, qui dicuntur.

2 Synodus Ariminenſis, & iustinianum Petri.

DDd

3 De